



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Praxis Cvræ Pastoralis Præcipve Circa Repentina &  
Generaliora**

**Possevino, Giovanni Battista Bernardino**

**Coloniæ Agrippinæ, 1645**

Illvstrissimo Et Reverendissimo Domino F. Francisco Gonzagæ F. Episcopo  
Mantuano Andreas Victorellus Felicitatem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42220**

ILLVSTRISSIMO ET RE-  
VERENDISSIMO DOMINO F. FRAN-  
cisco Gonzagæ F. Episcopo  
Mantuano

Andreas Victorellus Felicitatem.

**I**brum de Officio Curati  
a Ioanne Baptista Bernardini  
Posseuino, Viro docto, ex pro-  
batorum Doctorum sententijs  
conflatum, & iussu Tuo, Illu-  
striß. ac Reuerendissime Antistes superiori  
anno in lucem emissum, cùm legissem, pro-  
bani orbi cognitam prudentiam, Zelum q̄z  
tuum, probauit Auctoris consilium: & de-  
di operam, ut fructuofam lucubrationem  
plures Sacerdotes agnoscerent, & manibus  
tererent. Inter legendum nonnulla, (quæ  
quispiam appellabit adimenta,) ut usui  
meo deseruire possent, ex grauissimis Mo-  
ralis Theologiae Scriptoribus notauit: quæ  
probi, docti q̄z amici assentationis hostes,  
Parochis, alijs q̄z Confessiones excipientibus  
utilitatem, Posseuino, quem honore sum  
prosequutus, iucunditatem allatura, existi-  
marunt: ea vero Patauinus Bibliopola, qui  
itunc repetitam eiusdem libri editionem pa-  
rabat,

rabat, ita à me potuit, ut nullum negationi  
locum relictum mihi esse censuerim. Prodit  
in vulnis Parochorum studio seruiens,  
præclaro Tui nominis ornamento decora-  
tus, obseruantia erga Te meæ locupletissi-  
mus testis, libellus: quem, si grauissimis  
ijsq; assiduis, pro grege isto tuo, tibi oculis  
ipsis cariori, Diuinaq; gloriae propagatione,  
occupationibus distentus, percurrere, le-  
gendo, non poteris; latabor tamen, cum  
illi Episcopo dicatum esse, quem magis di-  
gnæ Christiano Episcopo virtutes, quam  
insignes nobilissima Familiæ splendor illu-  
strat, in Christianiq; orbis theatro exhibet  
suscipiendum. Foneat, augeatq; Deus  
in Temunera sua; teq; pro Mantuanæ tuae  
uniuersæq; Ecclesia bono egregie desudan-  
tem, fulciat, & ad grauissimos eximij mu-  
neris labores diutissimè tolerandos, ido-  
neum efficiat. Vale. Patauij 14. Calend.  
August. 1611.

LECTO-